

SESSION 2023

**AGRÉGATION
CONCOURS EXTERNE**

Section : GRAMMAIRE

VERSION LATINE

Durée : 4 heures

Les dictionnaires latin-français Bornecque, Gaffiot, Goelzer et Quicherat sont autorisés.

L'usage de tout ouvrage de référence, de tout autre dictionnaire et de tout matériel électronique (y compris la calculatrice) est rigoureusement interdit.

Il appartient au candidat de vérifier qu'il a reçu un sujet complet et correspondant à l'épreuve à laquelle il se présente.

Si vous repérez ce qui vous semble être une erreur d'énoncé, vous devez le signaler très lisiblement sur votre copie, en proposer la correction et poursuivre l'épreuve en conséquence. De même, si cela vous conduit à formuler une ou plusieurs hypothèses, vous devez la (ou les) mentionner explicitement.

NB : Conformément au principe d'anonymat, votre copie ne doit comporter aucun signe distinctif, tel que nom, signature, origine, etc. Si le travail qui vous est demandé consiste notamment en la rédaction d'un projet ou d'une note, vous devrez impérativement vous abstenir de la signer ou de l'identifier. Le fait de rendre une copie blanche est éliminatoire.

Tournez la page S.V.P.

Agrégation externe de grammaire

Version latine

La satire, un genre poétique ?

Le poète cherche à rassurer ceux qui redoutent la sévérité de ses vers : la satire est inoffensive.

[...] Quem uis media elige turba ;
aut ob auaritiam aut misera ambitione laborat.
Hic nuptarum insanit amoribus, hic puerorum ;
hunc capit argenti splendor, stupet Albius¹ aere ;
hic mutat merces surgente a sole ad eum quo 5
uespertina tepet regio ; quin per mala praeceps
fertur, uti puluis collectus turbine, ne quid
summa deperdat metuens aut ampliét ut rem.
Omnes hi metuunt uersus, odere poetas.
« Faenum habet in cornu², longe fuge ; dummodo risum 10
excutiat sibi, non hic cuiquam parcat amico,
et quodcumque semel chartis illeuerit, omnis
gestiet³ a furno redeuntis scire lacuque
et pueros et anus. » Agedum, pauca accipe contra.
Primum ego me illorum, dederim quibus esse poetis, 15
excerpam numero ; neque enim concludere uersum
dixeris esse satis, neque, siqui scribat uti nos
sermoni propiora, putes hunc esse poetam.
Ingenium cui sit, cui mens diuiniior atque os
magna sonaturum, des nominis huius honorem. 20
Idcirco quidam, comoedia necne poema
esset, quaesiuere, quod acer spiritus ac uis

¹ Personnage inconnu.

² On mettait du foin aux cornes des bœufs dangereux pour avertir les passants de s'en méfier.

³ *Gestiet* : construction inhabituelle ici, avec une proposition infinitive.

nec uerbis nec rebus inest, nisi quod pede certo
 differt sermoni, sermo merus. « At pater ardens
 saeuit, quod meretrice nepos insanus amica 25
 filius uxorem grandi cum dote recuset,
 ebrius et, magnum quod dedecus, ambulet ante
 noctem cum facibus. » Numqui Pomponius⁴ istis
 audiret leuiores, pater si uiueret ? Ergo
 non satis est puris uersum perscribere uerbis, 30
 quem si dissoluas, quiuis stomachetur eodem
 quo personatus pacto pater. His, ego quae nunc,
 olim quae scripsit Lucilius, eripias si
 tempora certa modosque, et quod prius ordine uerbum est
 posterius facias, praeponens ultima primis, 35
 non, ut si soluas « Postquam Discordia taetra
 belli ferratos postis portasque refregit »,
 inuenias etiam disiecti membra poetae.
 Hactenus haec : alias iustum sit necne poema,
 nunc illud tantum quaeram, meritone tibi sit 40
 suspectum genus hoc scribendi. Sulcius acer
 ambulat et Caprius⁵, rauci male cumque libellis,
 magnus uterque timor latronibus ; at bene siquis
 et uiuat puris manibus, contemnat utrumque.
 Vt sis tu similis Caeli Birrique latronum, 45
 non ego sim Capri neque Sulci ; cur metuas me ?

Horace, *Satires*

⁴ Personnage inconnu.

⁵ *Sulcius et Caprius* : avocats qui exerçaient le métier (peu estimé) d'accusateurs.

INFORMATION AUX CANDIDATS

Vous trouverez ci-après les codes nécessaires vous permettant de compléter les rubriques figurant en en-tête de votre copie.

Ces codes doivent être reportés sur chacune des copies que vous remettrez.

Concours	Section/option	Epreuve	Matière
EAE	0201B	105	0310